



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

XI. Curati resideant in suis ecclesiis, nisi sint legitime excusati, & populum sibi commissum diligenter instruant documentis fidei & morum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

ANNO CHRISTI 1527. ecclesiasticum datur) omittitur , quibusdam clericis admodum ignaris tenui precio conductis , cura diuini officii committitur : quod vnico contextu , non seruatis interstitiis temporum ab ecclesia præfixis , per huiusmodi mercenarios transcurrente & syncopando celebratur , vt aliunde ex quæstu Missarum vitam sibi mendicent . Nos igitur cupientes prædictis occurrere & quantum possumus aduersus futura cauere , sacro approbante Concilio , huiusmodi consuetudines tamquam ecclesiis nociuas , & cultui diuino detrahentes , cassamus & reuocamus . Hisque non obstantibus statuimus quod dicecfani in suis dioecesis dictarum ecclesiarum canonicos per iuris remedia , etiam suarum præbendarum priuationem , ad suas ecclesias reuocent : dictosque grossos fructus , pro maiori parte in quotidianas distributiones conuentant . Et residentes & diuino officio actualiter interessentes secundum mensuram laborum plus minusve capiant emolumenti : sub obtestatione diuini iudicij omnibus præcipientes , vt respectu huiusmodi quotidianarum distributionum iura antiqua sacrorum Conciliorum & patrum decreta integre obseruent & obseruari faciant .

XI.

Rectores ecclesiarum (quorum singularis est electa industria) compellantur per suffraganeos nostros , quoad fieri poterit , ad personalem residentiam : neque cum illis de , non residendo , nisi causa probabili intercedente , dispensetur .

Et in ecclesiis parochialibus per singulos dies dominicos presbyteri parochiales curati per se , aut vicarios eorum , clara voce & intelligibili , ac verbis maternis , annuntient decem præcepta decalogi , & articulos fidei . Et si qui fuerint presbyteri , quibus non suppetat doctrina , aut prædicandi gratia , legant & declarant prædicta die dominica vnum capitulum Ioannis de Geron , in opere suo tripartito .

XII.

Admoneant frequenter curati suos parochianos , vt intersint Missæ parochiali diebus dominicis & festis per hebdomadam occurrentibus . Et vt ad omnia illa , quæ per singulos dies dominicos in pronis præcipiuntur , diligen-

Oooo iij